



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Hierakosophion

Demetrius <Pepagomenus>

Lvtetiae, 1612

xxv. Ad destillationem capitis remedium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12846

Ad destillationem capit is remedium.

SI capit is fluxionibus laborat , permul-
tum liquoris per nares emittit. Curabis
hoc remedio. Glycyrrizam contusam &
cribratam , cum carne comedendam præ-
beto. At si destillatio permanet, nardi gut-
tas treis in nares ipsius instillato, ipsumque
ad solem horas duas, cum cœlum tranquil-
lum est , exponito. Quod si etiam postero
dies similiter affectus sit, calentē columbam
codem puluere sparsam edat, & sanabitur.

Aliud.

Piperis albi , caryophylli , paria pon-
dera trita , parui calami fistula naribus in-
fundatur. Signum ægritudinis ostenditur
ex eo, quod aqua defluit ex naribus. Vinum
vetus ore sumptum inspirabis similiter in
cius nares; ipsumque in sole statues.

*Medicamentum trypherum ad
grauedinem capit is.*

BACCAS lauri septem, pediculariæ grana
quinque , allij exiguum, cumini quod
satis est , opobalsami sextantem , mellis
ligulam. hæc mortario contusa , & cribro
excreta, liquidis permisceto, diligenterque
accipitris palatum linito.

Aridum